



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLV. Verzeichniß der Reliquien und Kostbarkeiten des Johannis-Stifts auf dem Schlosse zu Tangermünde, die Markgraf Jobst nach Mähren entführt hat, ungefähr vom Jahre 1412.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XLV. Verzeichniß der Reliquien und Kostbarkeiten des Johannis-Stifts auf dem Schlosse zu Tangermünde, die Markgraf Jobst nach Mähren entführt hat, ungefähr vom Jahre 1412.

De una gutta sanguinis Ihesu Cristi in Cristallo oblongo ad longitudinem unius digiti et de super est lapis preciosus rubeus pendens a Cathena argentea.

Item una pars de ligno sancte Crucis in longitudine unius digiti cum medio in cruce de puro auro in longitudine quasi trium quartalium unius ulne ornata lapidibus preciosis.

Item de cerebello sancti Johannis Baptiste in capite aureo infixo in scutella aurea ornata apidibus preciosis in qua ex una parte capitis habet ymago Imperatoris et ab alia parte capitis ymago Imperatricis de auro puro felicis recordacionis.

Item de Sarracio Sancti Johannis Evangeliste, in quo bibit venenum, cum monstrancia aurea in longitudine admodum unius pedis quasi.

Item Cor sancti Georgii in parva monstrancia pendente in cathena argentea.

Item digitus sancti Serbonii in digito argenteo inaurato.

Item unus magnus calix totus de puro auro, que dominus noster Karolus pie memorie ibi dedit ad ecclesiam et collegium.

Supraascriptas reliquias exceptis aliis, quorum nomina ignoramus, dominus Jodocus Marchio Moravie pie defunctus de Castro Tangermunde alienavit et ad moraviam deportavit in detrimentum ecclesie Tangermundensis magnum etc.

Nach G. B. v. Hammer's Notiz aus dem Geh. Staatsarchive.

Anmerkung. Wie Kaiser Karl IV. Tangermünde mit solchen Kostbarkeiten auszustatten sich bemüht hatte, ist schon von Küster nachgewiesen, indem er aus dem Chronicon Engelhusii, Tom. II. Scriptorum Brunsvicensium Leibnitii p. 1128 folgende Stelle: Carolus IV. Imp. petiit et recepit reliquias B. Georgii martyris, item cor et lanceam a Monasterio, quod nunc Marienrode dicitur, que nunc esse dicuntur adhuc in castro Tangermunde; und aus dem Chronicon Marienrodensi, Tom. II. Scriptorum Brunsvicensium Leibnitii p. 442 diese Worte hervorhebt: Carolus IV. Rom. Imp. qui tunc tenuit curiam in Tangermunda super Albim, audiens desolationem lamentabilem huius monasterii nostri propter nimietatem debitorum, simulque de reliquiis beati Georgii Martyris, quas ecclesia nostra ab antiquo possidebat, petiit Dominum Hinricum Abbatem et Dominum Gerardum Episcopum Hildeshemensem pro huiusmodi reliquiis vt sibi darentur. Erant autem reliquie iste cor et lancea eiusdem martyris. Quas cum tandem de consensu conuentus et Abbatum Ordinis, consilioque Domini Gerardi Episcopi Imperator oblatas humiliter acceptasset, precepit iterum et de manu eiusdem sancti, quam et magis omnibus alias habere concupiuit. Sed nolentibus Domino Episcopo, qui tunc presens erat in curia regis et Abbatibus per gratiam Dei manus ipsa nobis permansit vsque in hodiernum diem. (Küster's Deutw. S. 151.)

XLVI. Burggraf Friedrich bestätigt das Johannis-Stift auf dem Schlosse zu Tangermünde, am 8. Dezember 1412.

Nos Fridericus, Dei gracia Burggravius Nurembergensis, Marchie Brandenburgensis summus Prouisor. Cum omnium rerum universalis opifex ad laudem et gloriam nominis sui, iuxta plenitudinem sue maiestatis ex nichilo cuncti potenter condiderit uniuersa, perfertim tamen hominem ad ymaginem suam creando pre ceteris creaturis remuneravit gracioso, sibi rationem et